

Henning Wegner Christian Struve

De Testibus : luridica disputatio, cuius theses Aspirante divini numinis gratia permittente amplissimo ICtorum ordine inclutae Academiae Rosarum

Rostochii: Literis Reusnaerianis, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728668521>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 12. März 1608
Wegner, Henning /6

DE
TESTI-
BUS

Juridica disputatio,
cujus theses

Aspirante divini numinis gratia,

permittente amplissimo Ictorum ordine inclutæ
Academiæ Rosarum

Præside

HENNINGO WEGNERO
U. J. D.

Publico examini subjicitur

CHRISTIANUS STRUVIUS
Magdeburgensis.

Habebitur 12. Martij
hora 6. matut.

In auditorio magno.

I. D. 294. 23.

ROSTOCHII

Literis Reusnerianis, Anno 1608.

10 72

72

fn



Viris spectabilibus

Dn. IOHANNI STRUVIO parenti
colendis.


Dn. IOACHIMO DREVENSTET
affini suo oculis, civibus inclutæ Reipub,
Magdeburgensis primarijs

debiti obsequij



Ergo

D. D. & Offert



A. & R.

DISPUTATIO
DE TESTIBUS.

I.

Nartificialis probationis species altera fit per testes. Testes sunt persona habiles, quæ ad faciendum alicujus rei fidem legitime accedunt.

2. Habiles sunt omnes jure non prohibiti. Prohibentur aliqui in totum, aliqui in certis causis.

3. In totum, vel naturâ, vel lege.

4. Naturâ, ob defectum judicij: impuberes, furiosi, & mente capti.

5. Lege prohibentur servi, & intestabiles, ut publico judicio damnati.

6. Certis in causis quidam prohibentur, vel ob negotij ipsius qualitatem, vel affectionem testis ipsius ad negotium, aut personam, pro quâ, aut contra quam sit dicturus.

7. Ob negotij qualitatem in testamento testis adhiberi nequit mulier.

8. Etiam in criminalibus jure canonico; cui tamen rectè refragatur jus civile.

9. Sed in criminalibus defendemus, infames infamia juris repelli, sine limitatione Donelli, & sine extensione Dd. communiter: aliquos quidem rectâ lege, alios religione judicantis.

10. Sic etiam minores annis viginti.
11. Affectio ad negotium cuiusq³ potissima est in re propria, in qua, ob id, nullus testis idoneus.
12. Ista ratione testis idoneus pater filio, & filius patri non est. quia pro una persona sunt. sic dicas de similibus.
13. Sed etiam in alieno negotio commodi spes, aut incommodi metus esse potest.
14. Intellige commodum, quod ad aliquem suo nomine pertinet, ut est venditor in causa evictionis, qua cum emtore agitur, de re vendita. nam ea re evicta venditor tenetur emtori.
15. Idem dicendum de fidejussore in causa debitoris. & vice versa.
16. Et de ijs, quae sunt de Universitate, in eo quod universitatis nomine agitur. quod tamen cum mica salis accipiendum; si utilitas ad omnes spectet directo.
17. Commodum etiam ejus intelligi potest, qui dicitur data, aut promissa pecunia corruptus. sed & in delicto is est.
18. Quid autem dicendum si talis corruptus contra corrumpentem produceretur? Et tunc ejus testimonio fides adhiberi debere Beroius testatur.
19. Dicitur etiam commodum ratione laudis & gratiae, quam consequitur quis, ratione officij bene administrati; ut sunt procuratores & Advocati, qui propterea non admittuntur.
20. Item ratione beneficij commodum aliquod donatoris. est proinde licet non teneatur ob evictionem, attamen non est idoneus testis.
21. Idem

21. Idem quoq; dicamus de cedente & cessionario: Item de proxeneta.

22. Legatarium etiam in nuncupativo testamento testem admittimus.

23. Incommodi metus est in ijs quibus imperari potest, ut testimonium dicant. scilicet ab illo, pro quo dicere debent.

24. Cum de liberis & servis in potestate patria vel dominica existentibus non ambigatur: non inutilis inde oritur questio, an idem de subditis vel vasallis Domini seu principis alicujus dicendum? Et affirmandum.

25. Generaliter imperari potest domesticis. Domum intelligimus, non saltem familiam, sed etiam servos & ministros conductos, qui mercede quamvis liberi sint, servantur.

26. Rectè tamen deponunt, si non amplius sunt domestici, quamvis negotij gesti fuerint. nam testis aestimatur ex tempore testimonij ferendi.

27. Frater fratri sui juris non est domesticus.

28. Nec filius spiritualis patri spirituali.

29. Affectio personæ est potissima eorum quibus reverentia debetur. Eâ enim ratione filius in patrem; is qui ab aliquo, parente ve ejus se libera verit; & contra, testimonium non dicunt.

30. Amicitia quoq; ob affectionem repellit à testimonio, non qualibet levis amicitia, sed major, arbitrio judicis definienda.

31. Et cum contrariorum eadem sit ratio, de inimicitia idem statuimus, si ve à nobis, si ve à teste causata.

32. An autem sufficiat & inimicitias arguat, si ante in eum testimonium dixerit, & propterea rejiciendus? quod negamus.

33. Sed & prohibitos cum aliter veritas haberi nequit admittendos Schurfius consuluit.

34. Aliàs isti ne volentes quidem admittuntur. Alij in causa sunt ut non prohibeantur, sed cogi non possint: alij quidem in totum, quos Paulus recenset in l. 4. alij testimonij perhibendi causa non possunt evocari. exempla ponit Scævola in l. 8. ff. h. t.

35. De his autem, si ad eorum domus veniatur, rectè sumi potest testimonium.

36. Reliqui cogi possunt etiam nolentes, ut testimonium dicant pignoribus captis, aut simili panna.

37. Sed ante citari debent.

38. nam suspectum se reddit ultrò se ingerens.

39. qualis non est qui à parte ipsa producitur.

40. Aliter testis etiam fidem facit, etsi non fuerit rogatus, ut testis esset.

41. Debet autem citatio & productio fieri regulariter post litem contestatam.

42. nisi cum sit ad perpetuam rei memoriam.

42. Adversa pars ut à judice citetur necessum est, quo compareat, & testium juramenta & testimonia audiat,

diat, quod nisi factum fuerit, eorum depositio nulla est.

44. Si per contumaciam emanferit, pro praesente absens habetur.

45. Sin venerit, ea & altera etiam praesente in iudicio, testis jurabit se vera dicturum.

46. Si prius deponeret & per temporis intervallum juraret, nihil ageret, sed de novo jurandum & deponendum.

47. Deponet etiam praesentibus iisdem, ut sentit recte Donellus.

48. Forma depositionis est ex formula iurijurandi.

49. Datur iuramentum aut de certo articulo, aut de toto negotio. quare si de certo articulo iuraverit, & extra iuramentum de toto negotio dixerit, nihil deponit.

50. Debet deponere de scientia sua, non credulitate.

51. Et iudex dubitans de dicto testis, potest eum denuo interrogare.

52. Licitum est aliquoties testes producere.

53. sed non post didicita testificata.

54. nec quartò sine solemnitate legali.

55. Tot testes deniq; produci possunt, quot iudici sufficere videntur.

56. Ad fidem autem faciendam, ubi lex non specialiter plures exigit, duo sufficiunt.

57. Examen institui debet intra spatium 15. dierum,
post

post testes potestatem habent abeundi, ita ut si revocarentur, redire non possint cogi.

58. Sin vero iudex fuerit in culpa, quod testes non fuerint admissi, & interrogati, si aliqui sumptus postea sunt faciendi, Iudex de ijs tenetur.

59. Et hæc cuncta si peracta fuerint ordine, decisione iudicis opus est. ad cuius officium quoque pertinet, ejus testimonij fidem, quod integra frontis homo dixerit, perpendere, inquit Papinianus.

60. Cum testes sibi invicem sunt contrarii, queritur quibus magis sit fides adhibenda? Et id Callistratus Iudici relinquit dijudicandum ex conditione personarum, & affectione quod ad negotium habent. & vultum ac dicta testimonij considerabit, an sibi contraria: an constanter prolata.

ta. Stante autem probationum æqualitate ex numero testimonij res æstimanda est.



diat, quod nisi factum fuerit, eorum est.

44. Si per contumaciam emanserit, probabitur.

45. Sin venerit, ea & altera etiam praetests jurabit se vera dicturum.

46. Si prius deponeret & per tempus juraret, nihil ageret, sed de novo jurandum.

47. Deponet etiam presentibus iisdem Donellus.

48. Forma depositionis est ex formula

49. Datur iuramentum aut de certo a toto negotio. quare si de certo articulo iuramentum de toto negotio dixerit, nihil de

50. Debet deponere de scientia sua, non

51. Et iudex dubitans de dicto testis, praeterinterrogare.

52. Licitum est aliquoties testes produci

53. sed non post didicita testificata.

54. nec quarto sine solemnitate legali

55. Tot testes deniq; produci possunt, quod videntur.

56. Ad fidem autem faciendam, ubi le plures exigit, duo sufficiunt.

57. Examen insitui debet intra spatium

